

PARTITIO IV.

quâ

TRACTANTVR CORPORIS
Exercitia in pace.

SECTIO I.

DE VENATIONE.

Numer. I.

PAcis exercitia jam ordine suadēte sequuntur, inter quæ primas tribuo venationi: est enim Alberto Austr. præ aliis virilis exercitatio; quâ se carere non posse, reliquis posse dixit: *Æn. Sylv. 4. com. in dict. Alphons. num. 29.* & ideò quidem, cum immanes & feras bestias perciscamur venando, ut & vescamur his & exerceamur in venando eleganter *Cic. 2. de natura Deorum.* & paucis multa comprehendit, cui in totum subscriberemus, nisi sequentia verba, (ad similitudinem bellicæ disciplinæ) addidisset Sic enim cum multis errare mihi videtur, quib. venatio est exercitiū belli, quasi homines ad belli consuetudinē venando adducantur, & hanc exercēdo strenui evadant milites: prout in hac sententia est *Balthas. Cast. lib. 1. p. 45. Franc. Pat. lib. de Reg.*

K 2 *inst.*